



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Quo pacto Pater principium totius deitatis. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

capio, quando facta sunt omnia, iam erat verbum apud Deum, antequam quidquam eorum fieret, ergo sine nomine principij intelligas initium, vt dicebamus praecedenti capite pro eo, quod omnem temporis durationem antecedit, siue pro ipso initio durationis, & vim facias, vt ait Basilus, in verbo illo; erat, eo testimonio significatur, verbum Dei fuisse, antequam quidquam inciperet, quia initio, quando aliquid incepit, iam erat, quare assignare non possumus, quando non erat verbum, vt notat Basilus, ideoque asserit, si non recedatur à verbo, erat, hoc est, si recte significatio illius intelligatur, nihil contra aeternitatem filij affirmari posse. Mitto alias expositiones, hinc enim satis constat, ex eo loco non probari, Patrem esse principium.

Secundus locus est Plal. 109. Tecum principium in die virtutis tuae. Vbi Augustinus intelligit per principium Patrem: ac si dicat, Tecum Pater, iuxta illud Ioannis 1. Pater autem in me manens facit opera sua. Basilus tamen homilia 10. In hexamero, & Euthymius in eum locum, non Patrem, sed regnum, & imperium intelligunt. Quam expositionem sequitur Iansenius, & Geneb. vt Pater aeternus ad filium suum in die resurrectionis loquatur in hunc modum: tecum erit regnum, & imperium, id est obtinebis principatum, & imperium in die robotis, & potentiae tuae cum splendoribus sanctitatum, id est, cum sacratissima maiestate, gloria, & splendore. Cōuenit Tertul. aduersus Hermog. cap. 19. vbi illud Genes. 1. In principio creauit Deus, plectat de principatu potestatis: in Graeco enim est ἀρχή, quod & initium, & principatum significat. In qua posteriori significatione usurpatur praedictum nomen Xenophon libro 1. de imperio, Aristot. 1. politicorum, & Plato de Republica, & Hebraea vox נְדִיבִים Nedibim, principatum significat: quare latina vox Principium, quam habet nostra Latina editio, in hac significatione accipienda videtur. Mitto aliam lectionem Hebraicā, quae pro, Tecum, habet, populus tuus, haec enim variatio ex variatione punctorum orta est. Dies autem virtutis, vel est dies resurrectionis, cum deuictio mortis imperio, omnia fuerunt subiecta filio; vt communiter Patres interpretantur, quod mihi maxime probatur: vel est dies secundi aduentus, vt vult Theodoretus. Habemus igitur non satis hoc testimonio probari, Patrem dici principium.

Filius quoque dici principium, probare nituntur aliqui testimonio Ioan. 8. vbi Christus Iudaeis interrogantibus, quis esset, respondit, Principium, qui & loquor vobis. Sed hic locus adeo difficilis est, utroque habet, tamque varias expositiones, vt ex illo nihil certi probari possit. Est autem notandum in Graeco vocem illam, Principium; non esse in casu nominandi, sed in casu accusandi, dicitur enim ὁ ἀρχὴ, deinde vox, qui, in Graeco est ὁ, quae significat, quia, seu, quod, & est nota casualis: quod si dimiduetur particula ὁ, hoc modo ὁ, est relatiuū neutrius generis, ex quo factum est, vt hunc locum varie Doctores exponant. Iam vero in textu vulgato emendato dicitur, Qui & loquor vobis.

Explicat autem Doctores varia praedictū locum, primo. Amb. lib. 3. de fide c. 4. & lib. 5. c. 5. & 1. lib. Hexameron c. 2. & 4. & Aug. in illud Plal. 109. Tecum principium, & lib. 10. de ciuitate c. 24. & li. 11. c. 23. & lib. 5. de Trinit. c. 13. dicunt, Christum respondisse Iudaeis interrogantibus, qui esset, se esse

Patrem in 1. partem Tom. II.

se principium, quod loquebatur cum illis: id est, Deum rerum omnium principium, quod assumpta humanitate loquebatur cum illis: videns autem Aug. vocem illam, Principium, non esse in casu nominandi, sed accusandi, ac proinde praedictam expositionem minime quadrare, tractat. 38. in Ioannem aliquid supplet hoc modo, Credite me esse principium, qui & loquor vobis. Dixerat enim prius. Nisi credideritis, quia ego sum, moriemini, respondens igitur Christus tacitae obiectioni Iudeorum, quae si interrogantibus; Quem debemus te esse credere? dixit principium, supple, credite me esse. Secundo Nonnus author Graecus sic interpretatur, Principium, qui & loquor vobis, vt principium sit loco aduerbij, prius: vt suppleatur in Graeco praepositio καὶ, latine, secundum, nam Genesis 13. vbi latine dicitur, loco altaris, quod fecerat prius, pro prius, Graece dicitur ὅθεν & eodem modo habetur Genes. 43. vbi dicitur, Propter pecuniam, quam retulimus prius, & ita sensus sit, ego sum id, quod à principio, aut prius dixi vobis, me esse: aut ego sum ille, qui à principio loquor vobiscum, & tunc dixi, quis essem.

Tertio Theophylact. & Euthymius, & Chrysostomus homil. 52. in Ioannem nomen principium usurpant pro aduerbio Inprimis, ita vt sit oratio eclipica & sensus sit: Inprimis, aut sanè indigni estis, vt audiat, quod & loquor vobis.

Quarto, Recentiores aliqui sic interpretantur, Quarta & vt interrogatio illa, quae praecessit, Tu quis es? sit quasi despicientis, ac si dicerent Iudaei, Tu quis es? vt dicas nobis in peccato nostro nos morituros esse? & responderit Christus oratione eclipica, principium, ac si diceret, me, qui sum principium, despiciatis, quia & loquor vobis.

Quinto alii recentiores illud, Principium, explicant, à principio, nam in Hebraeo nomen pro aduerbio ponitur, Psalm. 78. Loquar propositiones ab initio. in Hebraeo enim pro ab initio, habetur קִדְמָה kedem sine praepositione, vt sensus sit, A principio, hoc est, ego sum à principio, seu ab aeterno, qui & nunc in carne assumpta loquor vobis. Denique si illud nomen, Principium, quod est in casu accusandi, explicari potest per hoc, quod est à principio, possemus etiam explicare hoc modo. Ego sum, quia sum à principio, nempe à Patre aeterno, qui est principium omnium rerum: nam postea subditur, Et non cognouerunt, quia patrem suum dicebat Deum. Addidit autem, Quia & loquor vobis, ac si diceret ego sum à Patre, quia & ita loquor, & dico vobis in vestro peccato vos morituros. Quocunque autem modo explices, ex hoc loco probari non potest, Filium Dei esse principium notionale, vt manifeste patet.

Demum alij probant, filium esse principium ex illo Apocalypsis 22. Ego sum principium & finis, sed manifestum est, ibi non de principio Spiritus sancti, sed de principio creaturarum sermonem esse.

CAPVT III.

Quo pacto Pater dicatur principium totius deitatis.

Augustinus 4. de Trinit. c. 2. circa fin. appellat Patrem principium totius Deitatis: imo etiam Dionys. ca. 3. de diuinis nominibus post medium solum Patrem appellauit fontem caelestis diuinitatis,

IO.
Pater est
principiū
fons, Fili
ut riuus.

358

tatis Græcè *μὴν δὲ παρὸν τὸ εἶπαρ ἐν θεοτότῳ δ*
παρὸν ac si verbum pro verbo redderemus; *Solus*
autem fons super *substantialis* Deitatis Pater. Nominē
fontis intelligit Dionysius. principii fons principio:
ideoque dixit, solum fontem: quia in divinis tan-
tum est fons: nam filius est principium Spiritus
sancti, non vt fons, sed vt riuus: est enim princi-
pium de principio. Hoc eodem modo loquitur
Conc. Tolet. 6. in confessione fidei, cum ait, con-
fitemur Patrem ingentum, increatum, fontem,
et originem totius Deitatis. Fons enim, et origo
plus significare videntur, quam principii, vt pro-
xime dicebamus. Idem dicitur in Concil. Vuo-
raciensī in confessione fidei, et in Concilio Flo-
rentino in litteris vniōis test. 22. et Athanasius
in oratione contra Gregales Sabellijparā a prin-
cipio Deum appellat fontem Deitatis.

Patrem esse
principium
totius Dei-
tatis Magis
exponit.

Sed cum ita Patres, & Concilia loquantur, nihilominus Canariensis in hunc articulum purat, non esse absolute eam propositionem afferenda: eam vero explicat Mag. in r. d. 29. eo modo, ut Pater dicatur totius Deitatis principium; non quia ab ipso procedat Deitas, aut producat; a: anathematizatur enim in cap. *Dammamus*, de summa Trinitate & fide Catholica, qui dixerit essentiam generari, aut produci: quia est principium cuiusque personæ procedentis, cui diuina natura communicetur. 16. q. etiam ratione dicemus infra dist. 156. c. 6. huius vocari Deitatem de Deitate, lucem de luce. Qua etiam ratione hanc propositionem concedunt Augustin. Dionysius, Arrianus, Concilium Toletanum & Vuormaciense.

II.
*Aliorum
expositio.*

Alij exponunt ita, vt abstractum *Deitas* sumatur pro concreto & sensus sit, Pater est principium omnium personarum, non quia sit sui ipsius principium, sed sicut ait Bonau. in expositione littere dist. 29. citate, vt sit distributio accomoda: veluti cum dicimus. Caelum continet omnia: quia continet omnia alia à se. Dicitur ergo Pater principium omnium aliarum personarum à se, vel omnium, quæ procedunt. Eodem modo dici potest principium Trinitatis, non quia tota Trinitas à Patre procedat, sed quia in Trinitate Pater est primum principium: quo pacto dicimus, primam vnitatem esse principium ternarij, non quia sit sui ipsius, quæ in ternario includitur: sed quia inter tres, quibus constat ternarius, primum locum habet.

CAPVT IV.

*Nomen Principium non dicitur uniuoce de principio
essentiali, & notionali.*

Henr. Ang-
licæ opinio.

AN vero nomen, *Principium*, vniuoce dicatur de principio notionali respectu personarum, & essentiali respectu creaturarum, non consentiunt Doctores Scholastici. Henricus Anglicus, quem ex Aureolo refert Capreolus in i.d. 9. q. i. artic. 2. in argumentis contra tertiam conclusionem, putauit, nomen principij de vtroque; vniuoce predicari: probat vero quatuor argumentis, ex quibus duo tantum afferemus. Alterum est. Si non diceretur vniuoce, eo esset, quia principij notionale dicitur respectu alicuius in eadem natura, essentialis autem respectu alicuius in alia natura: sed hoc non obest; sicut efficere, aliquid in alia natura, vel in eadem secundum speciem, non tollit ra-

tionē causā ideoque nomen causā vniuo-
catur Soli, & homini generati. Attamen est, *ita*
aliquid aliud vniuoacatione oblatet, illud est, *ratio*
quod notionale connotat respectum rationis, *ratio*
id, quod procedit: essentialē autem connotat
respectum rationis tantum: relationi autem ratio-
nis, & reali nihil potest esse vniuoce commune:
sed hoc non impedit: quia relatio rationis potest
in predicamento realitatis aliquid debet esse in alio
predicamento, quod est absurdum. Eiusdem opi-
nionis meminit Durandus loco citando.

Ceterum multo verior sententia est aliorum Scholasticorum, qui affirmant, nomen principii non predicari vniuocè de vtroque principio. Sic docent sanctus Thom. in 1. dist. 29. q. 1. artic. 2. Bonauentura artic. 1. q. 2. Scotus q. 1. Durandus q. 1. Capreolus q. 1. artic. 1. conclus. 2. Gabr. q. 1. art. 2. Marfilius in primum q. 31. art. 3. dub. 3. & Cusanienfis in hunc articulum circa finem. Probat autem Durand. quia si ratio principij vniuocè conueniret principio essentiali, & notionali, vniuocè etiam conueniret ratio potentia: sed ratio potentia non conuenit vniuocè potentia generatiuæ, & spiritali ex vna parte & potentia productiue creaturæ ex alia, alioqui potentia generatiuæ, & spiritali contineretur lub ratione omnipotentia, quod tamen est absurdum, & ipse Durandus ibidem ostendit: ergo nec ratio potentia est illi vniuocè prædicatur, & de potentia creaturæ. Hæc tamen ratio facili est; nam licet vniuocè dicere-
retur potentia de illis, solum sequeretur, omnipotentiam, quæ solum est potentia circa omnem creaturam, & potentiam generatiuam finalem cum spiritali sub ratione communi potentia contineri: at vero vtrunque sub omnipotentia, nequaquam: omnipotentia enim non est omnipotentia, sed potentia circa omnem creaturam, vel circa omne; quod non implicat contradictionem, vt producat, & non producat. Quod vno etiam dicemus diffus. 167. ex eo quod in Filio non sit potentia generandi, nec in spiritali sancto non sit potentia generandi, nec spiritali non sequatur aliquid omnipotentia Filioz, & Filij sancti deesse.

Optima igitur ratio est, quam reddunt
et tervig Henricus ille in secundo argumen-
to, scilicet relationali reali, et rationis nequi-
quis vniuocus conceptus assignari de ratione
tem principij essentialis est respectus rationis
creaturæ, vt disputat. 104. c. 6. probatum ex
ratione vero potentie notionalis est relatio
reale, vel aliqua modificatio inde proeueniens, ut
fra disputat. 104. dicemus: ergo nihil vtrique
potest esse vniuoco commune. Nam quod Hen-
ricus ille asserit, relationem notionis in eodem reali
predicamento cum reali collocari, est contra
commentum, predicamenta enim sunt communia
realium deinde entituali, et rationis nullum po-
test esse commune genus, vt manifestum est.

Porro circa hanc rationem videtur, quod aut nos loqui de intellectu videntur Deum, tum de intellectu videntur, si de vidente Deum manifestum est nihil dari commune abstractum secundum conceptum, quia ut monstrantur simpliciter, c. 4. ille qui videt res sicuti funt, tum etiam, si conceptum communem abstrahere, tum etiam, si posset abstrahere, hoc tantum facere posset, quod videret plura distincte, at in Deo non potest aliquid